



DILECTO FILIO

CAROLO MANSFELD

GENERALI PRAEFECTO
ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM
MINISTRANTIUM INFIRMIS

PAULUS PP. VI

DILECTE FILI,
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Caritatis insigne et veluti notam Christus Jesus, ex hoc mundo ad Patrem rediturus, Apostolis suis tradidit, cum, amoris sui exemplum proponens suavissimum, eos hisce verbis allocutus est: « Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos » (Io. 15, 12). Hoc quidem mandatum sanctissimi viri per saeculorum decursum summa cum fidelitate persecuti sunt, qui Ecclesiam Sanctam tanto decoraverunt honore, ut, his collustrata documentis, ipsa mirabile caritatis testimonium « velut signum elevatum ad populos » (cf. 1s. 62, 10) tot inter humani generis miserias exsisteret.

Praecipuo hoc merito singularique splendore huius notae refulget S. Camillus de Lellis, a cuius piissimo exitu trecentos et quinquaginta revolutos annos proximo medio mense Julio tu, dilecte Fili, universique Sodales tui celebrabitis, qui eius hereditatem generoso ausu servatis indemnem. Quam ob rem hoc laude dignum consilium ex animo probamus, eo vel maxime quod connitimini, ut perquam sollemni ratione haec anniversaria memoria sive a vestra religiosa Familia sive a nosocomiis recolatur. Quocirca tuis reverentiae plenis optatis libenter concedentes, hisce litteris iucundiorem fructibusque feraciorem susceptam Legiferi Patris vestri commemorationem facere cupimus, ut novum inde sumatis incitamentum ad vestrum caritatis studium, eius tantis collucentibus exemplis, magis magisque alendum ac provehendum.

Cum CCCL abhinc annos, omnibus clarus virtutibus, quas ab Evangelii puris fontibus hauserat, S. Camillus ad superna boni certaminis praemia vocatus est, eius inceptum mirifica iam susceperat incrementa; quos sibi asciverat « bonae indolis viros — ut ipse dicebat — ut Dei amore unice ducti curandis aegrotis, una secum, sese devoverent » ii, pacifera ministrorum manus, propitio omine augescebant hoc moti consilio, ut religiosam adipiscerentur perfectionem, quarto addito voto « ad infirmos, vel peste correptos, et corpore et animo allevandos perpetuo se addicendi». Domus excipiendis aegris in tota fere Italia patebant, in quibus non modo sacerdotes ad ipsos allevandos invenirentur, sed etiam medicorum ars et disciplina foveretur, apti formarentur valetudinarii ministri, ac novae et illis temporibus maxime accommodatae curandi rationes susciperentur, ita ut Sanctus Conditor vester antecursor dicendus sit, in comparanda infirmis apta atque valida subsidia. Quam ob rem iure merito Leo XIII et Pius XI Decessores Nostri istius Ordinis Legiferum Patrem constituerunt Praestitem sive valetudinariorum atque aegrorum, sive eorum, qui infirmos curant iisque providi assident.

Quodsi tantae virtutis inquiramus causam, hanc unam esse Christi caritatem plane intellegimus, qua Sanctus Dei vir usque ad extremum vitae halitum motus est: caritatem dicimus, quam veluti signum suis asseclis servandum commisit, ut « omnibus inservirent aegrotis », ut « pauperes velut ipsum Christum contuerentur, omni qua par est diligentia et mansuetudine utentes, eos solarentur iisdemque omnia, quae opus essent, summo amore et comitate concederent ». Quod aliis suadebat, S. Camillus constantissime servavit: etenim paterna blandaque lenitudine infirmos ac pauperes semper prosecutus est, lacrimarum vim in hoc officio saepe profundens, cum sciret se ipsi Christo inservire; quod ut perfectius efficeret, omnia vitae huius commoda abdicare studuit, ut uni Jesu viveret eidemque sese conformaret.

Quoniam igitur sanctae eius mortis memoria, sueto maiore sollemnitate proxime celebranda, huiusmodi exempla et monita efficaciore ratione meditanda proponet, oblatam opportunitatem libenter nanciscimur, ut S. Camilli religiosos Sodales paterno oblectamento adhortemur ad Conditoris vestigia fidelissimo semper gressu premenda: quam caritatem ipse docuit et vitae exemplis monstravit, cam moribus prae se ferant, illa duce ad humillima quaeque

obeunda munera parati promptique se accommodent, illa praelucente, in veritate et sanctitate Deo, qui « caritas est » (I Io. 4, 16) se devoveant, atque infirmis fratribus indefesso studio et labore adsint. Ea erit quae istum Ordinem, tantopere de Ecclesia meritum, artiore usque vinculo cum Divino Servatore conglutinet, et feliciora incrementa ipsi suppeditet. Etenim, ut S. Augustini verbis utamur. « nescitis quia ipsa unum nos fecit in Christo? Caritas clamat ad Christum de nobis; caritas clamat de Christo pro nobis! » (S. Augustini Enarrat, in Ps. CXL, 3; P. L. 37, 1817).

Eos pariter, quibus commissae sunt partes, ut in valetudinariis infirmis assideant, paterna benevolentia prosequimur iisque animum addimus; ut proprio munere summa semper diligentia fungantur, et vigili cura assuescant provida sua ministeria, etsi humilia videantur, maximi pendere, quae Christo Jesu, Mystici Corporis Capiti, offeruntur, cum eius membris exhibentur infirmis, « quia membra sumus corporis eius, de carne eius et de ossibus eius » (Eph., 5, 30).

Aegrotos denique qui angustias omne genus tolerando, Christum crucem ferentem propiore gressu sequuntur, summa caritate complectimur, corum anxias sollicutidines participamus, superna solacia flagrantibus invocamus precibus, commotoque animo gratias agimus, quod, suas molestias patienter sustinentes, Ecclesiam Sanctam fulgenti meritorum corona ditant atque amplificant.

Votorum Nostrorum pignus ac propensae voluntatis testimonium Apostolica est Benedictio, quam tibi, dilecte Fili, universoque isti Ordini Ministrantium Infirmis, atque Sanctimonialibus, quae a S. Camillo nomen vel impulsionem sumunt peramanter impertimus, eamque ad omnes quoque pertinere volumus, qui in nosocomiis sive aegrotant, sive quomodocumque infirmis inserviunt et adiutricem operam praestant, ut pax Dei, quae exsuperat omnem sensum, omnium corda custodiat (cf. Phil. 4, 7).

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die 1 mensis Julii, anno MCMLXIV, Pontificatus Nostri secundo.

Taulus TT VI-

## AL DILETTO FIGLIO CARLO MANSFELD

## PREFETTO GENERALE DEI CHIERICI REGOLARI MINISTRI DEGLI INFERMI

PAOLO PP. VI

DILETTO FIGLIO,
SALUTE E APOSTOLICA BENEDIZIONE (\*)

Gesù Cristo ritornando da questo mondo al Padre dette ai suoi Apostoli il segno distintivo e la nota della Carità dicendo loro: « Questo è il mio precetto, che vi amiate l'un l'altro come io ho amato voi » (Gv. 15, 12). Questo mandato nel corso dei secoli fu raccolto con somma fedeltà dai santi uomini che onorarono altamente la Chiesa rendendola in tal modo testimonio mirabile di carità « quasi segno innalzato tra i popoli» (cfr. Is. 62, 10) a sollievo delle innumeri miserie umane.

Di tale merito speciale e singolare nota di carità rifulge S. Camillo de Lellis, del quale tu, diletto Figlio, assieme ai tuoi Religiosi, custodi generosi della intatta sua eredità, celebrerete la prossima metà del mese di luglio il trecento cinquantesimo anniversario della piissima morte. Perciò approviamo e lodiamo di cuore il vostro proposito tanto più sapendo che vi siete impegnati a ricordare solennemente la memoria di questo anniversario sia nella vostra Famiglia come negli Ospedali. Annuendo volentieri ai fervidi voti della Reverenza Tua, desideriamo, con la presente Lettera rendere ancor più lieta e ricca di frutti la commemorazione del vostro Fondatore, onde ne abbiate a ricavare nuovo incitamento al vostro impegno di carità; impegno che va alimentato e perfezionato alla luce dei Suoi luminosi esempi.

Quando, 350 anni or sono, S. Camillo, ricco di tutte le virtù attinte alle pure fonti del Vangelo, fu chiamato al premio eterno da questa vita, l'opera nata da lui era già mirabilmente sviluppata; i

suoi compagni « uomini di buona indole — come egli diceva — che spinti unicamente da l'amore di Dio alla cura degli infermi si erano a lui uniti » costituivano ormai una schiera in costante aumento che, per raggiungere la perfezione religiosa, avevano emesso il quarto voto di « dedicarsi in perpetuo al servizio spirituale e corporale degli infermi anche se colpiti da peste ». In tutta Italia si videro allora ospedali nei quali potevano trovarsi sacerdoti dediti al sollievo degli infermi, dove la disciplina sanitaria e la formazione infermieristica venivano attuate assieme all'applicazione di nuovi metodi di cura e di assistenza; così da potersi dire che il Vostro Fondatore fu un precursore dei tempi nell'assistenza adeguata ed efficace degli infermi. Giustamente, perciò, Leone XIII e Pio XI, Nostri Predecessori, dichiararono il Fondatore e Padre di questo Ordine, Patrono degli infermi e degli infermieri.

Se vogliamo indagare la causa di tanta virtù, comprendiamo chiaramente che essa non poté essere altro che la carità di Cristo, dalla quale il Santo Uomo di Dio fu mosso fino all'ultimo anelito della vita: carità, che egli diede come distintivo da custodirsi ai suoi seguaci, affinché « servissero a tutti gli infermi » come « poveri, rappresentanti Cristo stesso, con ogni necessaria diligenza e mansuetudine, sollevandoli in tutte le loro necessità, con amore e bontà somma ». Ciò che raccomandava agli altri S. Camillo praticò egli stesso costantissimamente: infatti, con paterna e soave delicatezza egli servì sempre gli infermi e i poveri, profondendo spesso lacrime in questo ufficio, sapendo d'assistere lo stesso Cristo; e per praticare ciò con maggior perfezione, si studiò di rinunciare a tutti i comodi di questa vita per vivere unicamente a Cristo e conformarsi a Lui.

Giacché, dunque, la memoria della sua santa morte, da celebrarsi presto con grande solennità, rinnova l'impulso a una meditazione più efficace di questi santi esempi e moniti, volentieri accogliamo l'opportuna occasione di esortare i Religiosi di S. Camillo a voler seguire sempre gli esempi e le orme del Fondatore: di praticare quella carità che egli insegnò e praticò con l'esempio della sua vita; pronti, dietro l'impulso di questa, a tutti gli uffici più umili; alla luce di lei decisi a consacrarsi, in verità e santità, completamente a Dio, che « è carità » (I Gv. 4, 16); ad essere vicini ai fratelli infermi con volontà indefessa. Sarà lei, la carità, a congiungere con vincolo stret-

<sup>(\*)</sup> Traduzione « Domesticum ».

tissimo l'Ordine — così benemerito della Chiesa — al Divino Salvatore, e sarà pegno di più felice incremento. Giacché, facendo nostre le parole di S. Agostino « Non sapete che essa ci unifica in Cristo? La carità parla a Cristo di noi, la carità parla di Cristo per noi » (S. Agostino, Enarr. in Ps. CXL, 3; P. L. 37, 1817).

Ci rivolgiamo, parimenti, con benevolenza paterna a coloro che negli ospedali assistono gli infermi, esortandoli ad attendere con somma diligenza al proprio ufficio, ad incombere con vigile attenzione al disimpegno dei loro provvidenziali servizi, anche i più umili; servizi che sono resi allo stesso Cristo Gesù, Capo del Corpo Mistico, nelle sue membra inferme « giacché siamo membra del suo corpo, della sua carne e delle sue ossa » (Ef. 5, 30).

Con somma carità, infine, abbracciamo gli infermi che, soffrendo ogni genere di angustie, seguono più da vicino Gesù sulla via della Croce; partecipiamo alle loro ansie invocando con assidue preghiere conforto dal cielo mentre con animo commosso li ringraziamo chè con i loro dolori pazientemente sopportati arricchiscono la fulgida corona dei meriti della Santa Chiesa.

Come pegno dei Nostri voti e a testimonianza di Nostra benevolenza, impartiamo di cuore l'Apostolica Benedizione a te, diletto Figlio, a tutto l'Ordine dei Ministri degli Infermi, alle Religiose che da S. Camillo prendono nome o impulso; vogliamo, pure, che essa si estenda a tutti coloro che negli Ospedali giacciono infermi e a coloro che, in qualsiasi modo, sono addetti al loro servizio, affinché la pace di Dio che sorpassa ogni intendimento custodisca i cuori di tutti (cfr. Fil. 4, 7).

Dato in Roma, presso San Pietro. 1º luglio 1964, secondo del Nostro Pontificato.

PAULUS PP. VI